



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Caput XXXVI. Nutus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

III.

Nundinæ minùs solennes sive provinciales, quæ in specie dicuntur *Zahrmärkte*, instituuntur ab inferioribus Statibus Imperii vi Jurisdictionis territorialis. Limn. *de Jure Pub. lib. 4. c. 8. num. 311. seq.* Solennes verò seu universales Imperatoriâ autoritate instituuntur, ubi ex toto Imperio homines conveniunt, ut Francofurti, Lipsiæ &c. l. 1. ff. *Lun. C. de nundin.* Besold. *voc. Mess.*

Nuptiæ, vid. Rubr. de Matrimonio.

CAP. XXXV.

De Nuptiis secundis.

Axioma I.

Quamdiu de morte alterutrius conjugis non constat, tamdiu nuptiæ secundæ non sunt concedendæ. Ratio est in 1. *Cor. 7. v. 39.* & quia vinculum conjugale prius hâc ratione adhuc durat. l. 14. §. 3. ff. *qui & à quib. manumissi* Exempli loco hinc colligitur, mortem alterius conjugis regulariter esse probandam.

Limita: nisi Conjux alter malitiosè abfuerit. Carp. *Jurispr. Confist. l. 2. def. 170.*

II.

Quoties ex parte nocente gravius delictum metuendum, toties indictâ multâ transitus ad alia vota permittitur, quia delictis quovis modo obviandum.

Limita, ut tamen prius tentetur, an incarceratione incontinentia partis possit coerceri: quod, si fieri non possit, copulatio sine solennibus permitti solet. aut partibus injungi, ut aliò se conferant. Carpzov. *Jurispr. Eccles. P. 2. Def. 191.*

Quousque intra annum luctus permittitur secundæ nuptiæ, vid. LUCTUS.

CAPUT XXXVI.

Nutus.

Nutus non est nota rerum, sed consensus indicium. Goedd. in *Commentar. ad rub. ff. de V. & num. 8.* in his enim, quæ verba non requirunt, nutus quidem sufficit ad arguendum consensum vel dissensum. *lin quibuscunq. 48. l. obligamus 52. in fin. ff. de O. & A. animi tamen possessionem ac motum planè non prædit.* Quam ob causam nutus in heredis institutionibus, stipulationibus, sententiis dicendis, alijsq. similibus, quæ deliberatum, non levem requirunt animum aut consilium, non sufficit, cum verbis opus sit. l. 1. §. 1. *ibi contra si sine verbis.* ff. *de V. O.*

Finis Libri Duodecimi.

